

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiæ Moralis  
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros  
partitum**

**Laymann, Paul**

**Moguntiæ**

21 [i. e. 31]. De transactione.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40716**

dere non prohibetur : emptor tamen de euictione tenetur.

NB. Si res particularis vni oppignerata, postea alteri oppigneretur, cum tamen ad utriusque debitum securitatem sufficiat, refert utrum id factum fuerit sciente priore domino atque ignorantie posteriore; iunc prior ille iuri suo cedere videbitur. Si autem inscio priore creditore, manet illi saltem ius pristinum, sed posterior si nesciuit, rem ante oppigneratam esse agere potest adversus debitorem suum hypothecaria actione, ut rem aliam sufficientem in pignoris locum substituat. Adde, quod in hoc casu etiam actio de crimine stellionatus ob calliditatem debitoris intentari possit. Dictum autem stellionatus, seu callidæ simulationis crimen à stellione variicoloris animali.

Oppignerato fundo, vel alia re frugifera, etiam fructus oppignerati censentur; quia censentur pars fundi, ideoque eandem hypothecæ obligationem sustinent, & possunt à creditore vindicatae, deducitis expertis.

## C A P. XXXI.

*De Transactione,*

**T**RANSACTIO est de re dubia & controversa, non gratuita pactio. Dicitur de re dubia: Si enim pars transiens sciat, ius sibi nullum in re competere, tum in conscientiae foro tum etiam in externo transactione irrita est vel saltem doli mali exceptione rescindenda.

Qui in transactione bona fide facta immodecum laesus est, v.c. infra dimidium iusti, rescissionem eius petere non potest.

Q q 2 NB Ad

NB. Ad transactionis iustitiam necesse est, ut pro lucri pendentis arbitrio seruetur aequalitas.

NB. Transactionis legitima patet exceptionem lites, perinde ac si res in iudicio decisa esset, iuxta finem per. Non minorem transactionem quam terum indicatarum auctoritatem esse.

NB. Transactionis est contractus reciprocus innominatus.

3 Qui alienare rem prohibentur, nonneq; circa transigere aut compromittere possunt, v.c. Harsch de commissso grauatus; Tutor sine iudicio decatur. Vasallus in feudo ex pacto sine consensu dominii. Transactionis in bonis immobilibus Ecclesiasticis in solemnitate aut pretiosis irrita est.

4 Procurator Principis non potest transigere sine consensu: in necessitate tamen potest fieri transactio, v.c. ad diuturnas lites finiendas.

5 Transigere in crimen publico, cui poena sanguinis imponi solet, prohibita non est, videlicet dando aduersario pecuniam, ut accusatione absistat. Exceptum adulterium, idque propter dedecoris notam, quo contingi innocentia eiusque consanguineis ex tali transactione aspergi potest: In aliis vero criminibus cum accusatore transigens, pro confesso habetur, exceptum crimen falsi, circa quod transactionis validitas est. Quod licet poenam sanguinis non ingerat, tamen connotato grauem infamiam irrogat, a qua se liberare Jesus omnino desiderat. Verum tamen praxis iudicium obtinet, ut licet accusatio de crimen per transactionem abolita sit, iudex tamen vel actio accusante, vel per inquisitionem novo iudicio procedere non prohibebit.

In aliis vero publicis criminibus, quibus poena sanguinis

sanguinis irrogando non venit, si Reus aliquo dato, cum aduersario transigat, habetur pro confessio, iux-  
ta. vlt. ff. de prævaric. *Quoniam intelligitur confiteri  
amen, qui pacificatur.* Quare ordinaria criminis eius  
pœna affici potest, nisi probet, se innocentem esse, &  
pecuniam v.c. solum ad redimendam vexationem.

Non valet transactio sine iudice facta de relictis 6  
in testamento, nisi inspectis verbis testatoris.

Sit transactio circa unam vel plures res particula- 7  
res fiat, non extenditur ad alias eiusdem causæ con-  
trouerias contentas, nisi connexæ sint.

Transactio generatim seu indefinitè facta, ad o- 8  
mnia particularia se extendere censemur, saltem ea de  
quibus tractatus præcesserat, etsi ea in specie inco-  
gnitas sint. Quia satis est, ea confusè siue in genere co-  
gnita, adeo q; comprehensa fu. sit, si excepta nō sint.

Iudex in causa valde dubia transactionem part- 9  
bus suadere debet, sed ad eam compellere nō potest,  
exceptis quibusdam casibus, nisi iudex sit supremus  
qui nulla causam liberam disponendi facultatem ob-  
tinet; p. a papa in Ecclesiasticis beneficiis. Secundò,  
si partes diu litigant, quia causa valde dubia est,  
ut difficile sit, eam decidere, hoc casu Iudex, præter-  
tim supremus ad transactionem partes compellere  
potest, idem aliquando potest Episcopus in causa  
beneficiali.

Si diuisio hæreditatis, v.c. inter fratres instituen- 10  
datur, ad maiorem natum pertinet ex æquo dividere,  
ad minorem eligere: ubi vero talis consuetudo  
non est, ad Iudicem pertinet, iustum di-  
uisionem instituere.

(o)

Qq 3 TRA-